Quelle: https://manuscripta.at/?ID=8457
Copyright: Salzburg, Universitätsbibliothek

ihs matrem et discipulum
stantem quem diligebat;
dicit matri suae, Mulier;
ecce filius tuus. Deinde
dicit discipulo, Ecce
mater tua. Et ex illa hora:
accepit eam discipulus
in sua. Postea sciens ihs
quia iam omnia consumata
sunt; ut consummaretur
scriptura dicit, Sitio.
Vas ergo positum erat ace-
to plenum. Illi autem spongiam
plenam aceto hysopo circum
ponentes; obtulerunt ori
eius. Cum ergo accepisset
ihs acetum dixit, Consummatum
est. Et inclinato capite
tradidit spm ✠ Iudei
g(quoniam parasceue erat) ut
non remanerent in cruce
corpora sabbato erat enim
magnus dies ille sabbati
rogaverunt pilatum; ut fran-
gerentur eorum crura et tol-
lerentur. Venerunt g(ergo) milites;
et primum quidem fregerunt
crura, et altius q(uam) crucifixi
e(st) cum eo. Ad ihm autem cum
venissent ut viderunt eum
iam mortuum non fregerunt
eius crura: sed unus mi-
litum lancea latus eius a-
peruit, et continuo exiuit
sanguis et aqua. Et qui
vidit testimonium phibuit;
et verum est testimonium
eius. Et ille scit qa vera
dicit; ut et vos credatis.
Facta sunt enim hec ut scri-
ptura impleretur. Os non
comminuetis. Et iterum alia
scriptura dicit. Videbunt
in quem transfixerunt. hic
legitur in tono euangelij.
Post hec autem rogavit
pilatum ioseph abarima-
thia eo q(uod) esset discipulus
ihu occultus autem pter
metum iudeorum ut tolleret
corp(us) ihu: et permisit pilat(us).
Venit ergo et tulit corp(us)
ihu. Venit autem et nicodem(us)
q(ui) venerat ad ihm nocte pri-
mum ferens mixturam mirre
et aloes q(uasi) libras centum.
Acceperunt g(ergo) corpus ihu;
et ligaverunt illud linteis cum